



I X

THOMÆ GARZONII

# AMPHITHEATRUM

ARTIVM ITALICA PRIMVM LINGVA EDITVM,

NUNC AVTEM CURANTE D. LVCA IENNIS IN GERMANICAM NOSTRAM  
*linguam translatum,*

Ode Phalæcia Hendecasyllaba

IOANNIS FLITNERI, FRANCI.

**N**on merent obeliscus Hermodori,  
Vel quod Hermogenes pararat olim  
Magnis sumtibus, arte nõ minore,  
Fanum Magnesia sacrum Dianæ,  
Fanum Meligenis sacrũ Minervæ;

Nec quod Sugila grande Mausoleum  
Extruxit, neq; Sostrati stupendo  
Turris facta labore, Memnonisve  
Regis digna palatia incolatus,  
Nec Solis simulacra Zenodori,  
Caretis neq; Lindii Colossus:  
Non inquam, similem merentur illa  
Laudem, magnifico licet decore  
Præstantissima, regione fastu,  
Quædem GARZONII meret theatrum,  
Exstructum variis scientiarum  
Qualitatibus, artiumq; formis:  
Quod non liuor edax, calumniæve  
Zoili poterunt ademulari,  
Nec subvertere tadiofa Momi  
Quibunt spicula, tabidiq; morsus.

Nam si, cum stupidum suis a sellum  
Pictum laudibus edidisset olim  
Excellens Apuleius, ipse laudem,  
Non culpam meruit: nec ipse Homerus  
Censuram subiit seueriorem,  
Quod tam friuola, nempe ranularum  
Et certamina murium cruenta  
Quondam carmine prodidit iocoso;  
Ecquis GARZONII spuet laborem,  
Vel naso poterit ferire adunco,  
Qui non friuola, non rudes a sellos,  
Non muscas, pulicesve saltrantes,

Non cepas, neq; rapa, ceu Diocles,  
Ranarumve notat iocosa bella,  
Sed ex omnibus artium latebris,  
Siue ames magæ liberaliores,  
Siue Mechanicas, ad erigendum  
Adfert materia struem theatrum.

Nec censoria virga, credo, carpet;  
Quod quandoq; siligini venuste  
Glebas miscuit ille fursurosas;  
Mixturam hanc methodus libri poposcit;  
Vt nunc nobilis, at deinde sutor:  
Chirurgus modo, villicus deinde:  
Nunc Rhetor, sigulus, faber, subulcus,  
Mercator modo, carnifex deinde:  
Pistor, pellio, syndicus, poeta;  
Augur, seruulus, ænopola, caupo,  
Mendicus, medicus, pugil, sophista,  
Scriba, morio, nuncius, colonus,  
Auceps, excoriatore, aduocatus,  
Coquus, Pharmacopola, leno, pictor;  
Cementarius, hospes, hortulanus,  
Sartorum scabiosa turba demum,  
Mixti progrediantur in theatrum.

Laudem grata meret vicissitudo,  
Quæ nunc seria, nunc iocosa tractat;  
Alternasq; vices amant Camæne;  
Vt, quando ingenii labascit ardor,  
Hanc sumat sibi recreationem  
Mens defessa labore, viriumq;  
Pristinum reparat sibi vigorem.

Nec est, Mechanicas velis quod artes  
Probris, scommatibusq; deuouere,  
Vel suspendere naso eas adunco.

b

82